



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ab. 52. j



23

I. N. J.
DISPUTATIO XXIII.
**SELECTARUM
THESIUM
JURIS CERTI & CON-
TROVERSI**

Ex Titulis j. d. Except: & Replicat: iisq;
Titulis π. C. Just. Theod. βασιλικ. & ῥ.
respondentibus.

Quam
PRÆSIDE
**JOHANNNE CHRISTO-
PHORO Volk /**
J. U. D. & P. Secund.

LUCAS MICHAELIS,

Ellrichiâ Halberstad.

RESPONDENS

publicè defendet

IN AUDITORIO MAJORI

A. clc. lbc. LXXXII.

**REGIOMONTI,
PRÆLO REUSNERIANO,**



I.



Ib. IV. Tit. 13. § 14. j. respondent π. Lib. 44. Tit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. L. 2. T. 14. L. 12. T. 2. § 3. L. 21. T. 3. Cod. Just. L. 8 tit. 36. L. 2. T. 3. L. 5. T. 53. L. 3. T. 13. L. 3. T. 13. L. 4. T. 30. C. Theod. L. 2. T. 1. § 15. βασιλ. t. t. liber 51. § L. 2. T. 2. § T. 25.

II. In his Titulis continentur 1. Exceptiones & Replicationes t. t. j. d. Except. & t. t. d. Replicat. illæ dividuntur in perpetuas §. 1. 2. 3. 4. & 5. j. d. Except. t. t. π. C. T. & βασιλ. d. dol. mal. & met. Except. de jure j. Quarum rerum Actio non dat. t. t. π. βασιλ. & C. J. d. in lit. jurand. t. t. π. C. & βασιλ. d. non num. pec. t. t. π. C. J. Th. & βασιλ. d. pact. & temporales seu dilatorias § 10. & fin j. d. t. t. π. & βασιλ. d. divers. temp. præscript. t. t. C. Just. & Theod. & § d. Jurisd. & for. comp. 2. In civiles §. 7. j. h. t. & prætorias §. 1. & seqq. j. eod. 3. In reales & personales §. fin. j. eod.

III. Rubricæ j. d. Exceptionibus in Digestis additur & præscriptionibus, in Codice: seu præscriptionibus quia aliquando præscriptio pro Exceptione accipitur, ita tamen ut nihilominus sit aliqua differentia. Exceptiones sunt defensiones eorum quibuscum agitur, is enim agere videtur, qui excipit l. 1. π. & βασιλ. d. Except. Seu ut habet l. in Exceptionibus 19. π. d. prob Reus Actoris partibus fungitur: æquè enim exceptionem suam implere & probare debet, ac intentionem suam & Actionem Actor; ut puta si pacti conventionem utatur docere debet, pactum conventum factum esse. Sunt autem Exceptiones necessariae si Reus intentionem justam confiteatur, adversus se autem iniquam sentiat, vel etiam dubitet, num sit justa? Sin intentionem probatione defecturam confidat nulla ei defensione opus est, quippe Actore non probante Reus absolvitur, etsi nihil ipse præstat l. qui accusare C. d. Edend. Ant. Matth. in animadv. ad pr. j. d. Except. Exceptio solet excludere quæ in actionem deducta sunt l. 2. π. & βασιλ. d. Except. si scil. sit peremptoria, sunt enim Exceptionum aliæ temporales, quæ ad certum tempus opponuntur & dilationem tribuunt, ut quæ actionem differunt, quales sunt pactorum quædam Exceptiones. Aliæ sunt perpetuæ, quæ Actori oppositæ, semper Actionem ab eò motam perimunt l. 3. π. & βασιλ. d. Except. Sunt etiam quædam Exceptiones personales quæ personæ

sonæ cohærent, nec ad alios transeunt *l. Exceptiones 7. π. d. Except.* ut est exceptio privilegii alicujus, exceptio dotis & in quantum quis facere potest *§. ult. j. d. Act* quædam reales quæ rei cohærent, inde inheredes & fidejussores transitoria *l. 28. d. Except. Re. jud. Oldend. in 9. quotuplices sunt exceptiones.* Dantur omnibus Exceptiones quibus Actiones *l. invitus §. 1. π. d. R. 7.* Reales Domino successori ejus & Fidejussori *l. 7 π. d. Except.* Personales quæ personæ cujusq; cohærent. *l. 7. in pr. π. d. Except. l. 1. C. d. Fidej. min. Cujac. lib. 19. o. 29* Adversus Actorem ipsum, ejusq; heredes & successores. *l. exceptio 2. l. Si rem 6. π. d. Except.* nisi ex dolò vel delictò Autoris Exceptio objiciatur, hæc enim successori non obstat *l. 4. §. de Autoris π. d. Dol. mal. Except.* Causa unde excipiendi materia desumitur est modo persona Actoris, Procuratoris, judicis: modò causa ex qua agitur modò res quæ petitur, & modus quo agitur: denique locus tempus *§. præterea j. d. Except. l. 2. §. ult. l. 3. π. d. Except.* Tenetur Reus opponere Exceptionem expresse & determinatè, ut jus & causa excipiendi inde constare possit & quidem dilatorias ante litem contestatam *l. ult. C. d. Exceptionib.* nisi tractum habeam successivum ut est Exceptio loci non tuti *Gail. 1. o. 52. Myns 2. o. 73.* Peremptorias post litem contestatam *l. 2. C. Sent. resc. non poss.* nisi sint litis finitæ, ut Transactionis rei judicatae præscriptionis *c. 1. d. Lit. Cont. in 6* notoriæ & quæ in continenti probari possunt, hæc enim objectæ vim Litis contestationis habent, impossibile enim est eas habere vim & effectum dilatoriarum quæ non differunt litem *§. temporales j. d. Except.* sed perimunt prorsus *§. perpetua j. eod. Anth. Matt. Coll. j. 2. Disp. 12. §. 8.*

IV. Dilatoriæ seu temporales Exceptiones sunt quæ ad tempus nocent & temporis dilationem tribuunt quæ differunt tantum, & suspendunt Actionem instar conditionatæ stipulationis *l. 55. d. V. S.* non plane tollunt. Dilatoria alia est declinatoria judicii quæ ex causis incompetentiæ fori sumitur *t. t. C. 7. Tb. §. 2. d. Jurid. §. For. comp. Ideò l. 6. C. Tb. d. Jurisd. §. ubi qu. conv. vetat.* medio omisso spretaq; ordinarii judicis cognitione ad altiorem judicem recta ire, quia factum proprium forum prætereuntis & Judicis & Adversarii continet injuriam: Illius manifesta est injuria & contemptus cum nulla justa de causa cognitio ejus tanquam improbi, vel ut spreto judicis, qui in id alioquin publicè positus est, declinatur. Hujus consistit in vexatione & sumptibus qui in longinquum & peregrinum judicem impendi debent. Dilatoria.

latoria Judicii desumitur ex præventione Jctionis. Præventio autem
 inter pares Jctione fit per solam citationem *l. si quis postea π. d. Judic.*
 ita ut judicium ubi coeptum finire debeat *l. ubi acceptum π. d. Jud. & con-*
currens judex causam præventam acceptare nequeat *Marant. Disp. 6 n.*
2. Gail. l. 1. o. 29. desumitur etiam dilatoria ex causæ continentia mutati-
 one vel divisione, cum ejusdem rei & causæ nomine sub diversis judi-
 cibus litigare *Nemo teneatur Gail. l. 1. o. 23. in pr.* ex loco minus tuto
 propter hostilitatem vel latrocinium vel pestem *c. ex parte d. Appellat.*
c. accedens. d. Sent. & Re jud. ex personâ judicis quia minor est 25. an-
 nis surdus mutus furiosus mulier Judæus. *Menoch. d. præsumpt. l. 2.*
pres. 48. n. 7. omnesque causæ quæ testem suspectum faciunt judicem
 reddunt inhabilem. *Gail. l. 1. o. 33. n. 9.* ex personâ Actoris *t. t. C. Qui*
legit. pers. stand. in jud. hab. ex persona Rei ut quia talis est qui conve-
 niri in judiciò nequeat, vel quia sine venia vocari non potest vel quia
 cogi non potest esse in judicio ut Clericus conventus coram judice Lai-
 co *c. 1. seq. d. For. comp.* Ex personâ Procuratoris Exceptio manda-
 ti *l. 1. C. d. Procur.* item Exceptio Tu non potes esse Procurator *Vant. d.*
Null. tit. d. Null. & inhabil. seu defect. mand. Ex Rescripto Exceptio sub
 & obreptionis *l. ult. C. Si contr. Jus vel util. publ. l. 7. C. d. prec. Imp. off.* Ex
 Citatione Exceptio angusti termini diei feriati messis vindemiarum ti-
 tuli loci minus tuti *l. 1. π. C. J. Th. & βασιλ. d. Feriis. l. si in judicis*
nomine 80. π. d. Jud. t. t. d. Feriis Mynsing. cent. 2. o. 62. Ex libello Ex-
 ceptio inepti libelli *l. libellorum π. d. Accusat. c. 2. d. Libelli oblatione*
 ex formâ obligationis Exceptio solutionis ex die conditione tempore
 de non petendo ante certum tempus § 33. *j. d. Act. Barnab. Brifs. Sel. ex*
j. C. Antiq. L. 4. c. 10. Ex Actionis qualitate ut est Actio de dote quæ ope-
 ratur dilatoriam solutionis *l. un. § cum autem C. d. R. ll. A.* Ex calamita-
 te Debitoris Exceptio moratoria item cessio bonorum *t. t. C. Qu. bo.*
ced. p. Greg. Tholos Syntagm. 22. c. 11. Carpz. proc. t. f. a. f.

V. Exceptio moratoria dicitur à latino verbo *morari* quod i-
 dem ac tardare differre *l. 5. § 1. π. ult. legat. seu Fidei C. præstand. nom. cav.*
l. Si Servus 91. § 1. π. d. VO l. Si ususfr. 6. π. d. usu & usufr. leg. Sic ex-
 erciturum Cæsaris viarum difficultatem tardasse. Afranii copias equi-
 tatum Cæsaris insequentem moratum esse ait *Cæsar l. 1. d. bell. civ.* Ita &
 Virgil. canit *lib. 1. Æneid. Hunc Phœnissa tenet Dido blandisq; moratur*
Vocibus. Hinc descendit moratoria cautio *l. Cum possessor 5. § fin. π.*
d. Censib.

d. Censib. Est inde & moratoria cunctatio *l. tutor 7. §. Si tutor 1. in fin.*
π. d. Adm. & per Tut. Moratoria Exceptio seu præscriptio *l. 2. C. d.*
prec. Imp. off. Tiraq. d. Retract. lignag §. 4 gloss. 3. Donell l. 22. c. 9. Rescri-
pta moratoria unde hæc Exceptio nascitur vocantur literæ induciales di-
latoriæ moratoriæ, securitatis promissione, literæ securitatis, literæ sal-
vi conductus, literæ gratiæ, status, dilationes annales, quinquennales
l. f. C. Qui bon. ced. poss. literæ ferreæ quia reddunt ferreos & impenetra-
biles contra rigorosas Creditorum exactiones *Rittersb. intr. d. Jur. A-*
syl. c. 6. n. 22. Moratoria in *singulari in feminino* vel moratorium est be-
neficium non quidem simpliciter & per se, sed comparative & respectu
majoris mali evitandi, quod provenire ex ipso infortunio nec non
variis tam realibus quam verbalibus Creditorum molestiis, ipsa-
que adeo bonorum cessione timetur quæ omnia arceri per hujusmodi
inducias constat *l. fin. C. Qui bon. ced. poss.* Sicut ille beneficium urgens
& subdurum panem lapidosum vocavit, quem esurienti accipere ne-
cessarium sit, esse acerbum *Senec. l. 2. d. benef.* ita hoc beneficium est bo-
num sed ejus non indigere melius; Complectitur hoc genus utramq;
speciem tum eam quæ competit ex merâ gratia & datur à Principe, tum
eam quæ oritur ex justitia & conceditur à majori parte Creditorum, cui
reliqui nolentes volentes consentire tenentur. Introducta est *Constitu-*
tionibus Romanorum Imperatorum, ita enim rescribunt *Imp. p.* Univerla
Rescripta quæ in Debitorum causis super præstandis dilationibus pro-
mulgantur non aliter valeant nisi fidejussio idonea super debiti soluti-
one præbeatur *l. 4. C. d. prec. Imp. off. & ab Imp. Justin.* Cum solito more
à nostrâ majestate petitur, ut ad miserabile cessionis bonorum homi-
nes veniant auxilium & electio datur Creditoribus vel quinquennale
spatium eis indulgere bonorum accipere cessionem *l. f. C. Qui bon. ce.*
poss. & firmata Constitutionibus hodiernis R. G. J. d. A. 1548. & 1577. von
verdorbenen Kaufleuten quibus succurritur Debitoribus fatali necessita-
te ad egestatis scopulos redactis, æquum namq; est misereri non faci-
norosorum sed calamitosorum hominum qui immeritò adversâ for-
tuna utuntur. Ideo necessarium est, ut à parte debitoris subsit solvendi
impossibilitas quæ modis omnibus excusari debet *l. impossibilium 185.*
π. d. R. 7. Datur à Principe, cujus actus alterius potestati non subsunt,
vel ipsis Creditoribus aut majore eorundem parte auctoritate ordina-
rii Magistratus quandoque interveniente, quem tamen adhiberi non
est

est necessitatis sed in liberrimo Creditorum arbitrio positum nisi minor pars iudicio majoris partis ad stipulari seu acquiescere nolit *l. fin. C. Qui bon ced. poss.* Tum vero Principem, tum Creditores movere solet damnum quod Debitor ratione belli incendii naufragii &c. perpessus est. Sæpe enim experimur multos fatali aliquo & improviso casu absq; suâ culpa eo calamitatis redigi, ut tempore constituto solvere haud possint Creditoribus suis. Caduca nimirum & fragilia puerilibus crepundiis consentanea ista, quæ vires & opes humanæ vocantur, sunt; affluunt subito, repente dilabuntur: nullo in loco nulla in persona, stabilibus nixa radicibus consistunt, sed incerto flatu fortunæ huc atque illuc acta quos in sublime extulerunt improviso recursum destitutos in profundo cladum miserabiliter immergunt, ne vero ejusmodi calamitosa personæ rigorosæ exactiōni morosorum & pertinacium Creditorum committantur, atq; perinde atq; Ixionis rotæ perpetuò alligati dixerentur hoc beneficium ab Imperatoribus iis indultum est. Satis namq; est, inquit Cicero *pro Rabir. Posthum.* homines imprudentia lapsos non erigere, urgere vero jacentes, aut præcipitantes impellere, certe est inhumanum, cum maxima sit pietas, quæ pro paupertate facit. Hinc Cassiodorus *lib. 1. epist. 16*: Pietatis nostræ remedio surgant, qui fortunæ suæ acerbitate corruunt. Quod quàm maximè obtinet in moratoria, quæ non aufert Creditori jus suum sed tantum ad exiguum temporis spatium suspendit *l. quoties 2. C. d. prec. Imp. offer.* in morâ autem modici temporis non vertitur magnum præjudicium *l. si debitori 21. π. d. Judic.* Non est damnum dilatio ubi certior fit ex dilatione victoria *D. Hieronymus lib. 1. advers. Jovian.* quod unâ cum causis fusius exequitur *Gvilhelmus Antonius Freundeberg tr. d. Rescriptis moratoriis.*

VI. Peremptoriæ Exceptiones sunt illæ, quæ actionem plane perimunt, ut si quis conveniatur ex causa, quæ per sententiam, quæ in rem judicatam transit, decisa est. Competit Reo, qui sententia Judicis absolutus est, adversus Actorem, qui de novò eâ de re agere intendit. Nam licet civilis obligatio tantum per sententiam tolli possit, naturalis tamen remanet, ex quâ quidem adhuc Actio de jure datur, sed per hanc Exceptionem rei judicatæ eliditur *§. item si in judicio j. d. Except.* Si egerit tecum quis sibi jus esse ædes suas usq; ad decem pedes altius tollere & postea egerit jus sibi esse usq; ad 20. pedes altius tollere, Exceptionem rei judicatæ submovetur *l. 26. π. Ἐ βασιλ. d. Except. Rei jud.*

Prætextu

Prætextu erroris calculi Res judicata retractari nequit nisi ipse error expressus fuerit in sententia *l. 1. §. 1. Que sent. sin appell.* quia sententia, se ipsam refutat, ubi tamen sententia usq; ad eam quantitatem valet in quâ non est erratum *arg. l. 34. C. d. Don.* Sententia quâ quis ad rem furto surreptam restituendam & simul pœnam dupli condemnatur nulla, non est *l. 3. C. d. Re jud.* Obtentu instrumentorum noviter reperorum sententia rescindi nequit *l. 4. C. d. Re jud.* Excipitur tamen 1. Causa publica *l. 35. π. d. Re jud.* id est Causa Fiscii vel Civitatis *l. 16. π. d. VS. & Ecclesiæ l. 1. §. 2. π. d. J. & J.* 2. nisi fraus adversarii arguatur *l. 19. C. d. Transf.* 3. Si Sententia ex juramento suppletorio atq; sic ex probatione privilegiata lata sit *l. admonendi π. d. jurej.* 4. Excipiuntur eæ causæ in quibus sententiæ nunquam transeunt in res judicatas ut Criminales & Matrimoniales. 5. Excipitur si instrumentum nullitatem sententiæ contineat v. g. sententiam priorem, hoc enim casu sententia posterior esset, nulla *Brunnem. ad l. 4. C. d. Re judicata:* Ex re judicatâ oritur Executio *t. t. C. d. Exec Re jud.* & Exceptio quæ tamen non nocet si res inter alios acta, si Avus Neptis causam agebat contra ejus Cohæredem sine mandato & succumbit, hoc non præjudicat Nepti, quia res inter alios gestæ aliis nec emolumentum adferunt nec præjudicium. Sic licet unus heres in judicio victus fuerit, id tamen in eadem causa non nocet alteri, qui non litigavit, licet cum Coherede agi sciverit, *l. 2. C. Quib. Res jud. non noc. Limitationem* accipit hæc Regula: Si alium meo nomine agere sciam & patiar *l. 63. π. d. Re jud.* ubi requiritur 1. Ut tertius sciat litem & patiat causam agi ab aliô, cui præjudicare debet. 2. Ut hujus litis defensio præcipuè spectet ad eum Tertium, non ad litigantem licet hujus intersit illum victoriam obtinere. 3. Ut in hac lite tractetur de jure & dominiô litigantis à quô velut ab Authore ptoprium constat jus vel dominium ipsius qui patitur rem istam cum aliô tractari, quia hic non sine fraudis suspicione tacet *Covarr pr Quest. c. 13. n. 17.* veluti si Creditor experiri passus est Debitorem de proprietate pignoris, maritus Socerum de proprietate rei in dotem datæ, aut possessor Venditorem de proprietate rei emptæ *Donell. l. 27 c. 1. c. pen. Ad Re judicatæ.* Transactiones cum rebus judicatis eandem planè vim habent idq; litem finiendarum gratia *l. 10. l. 16. C. d. Transf.* Est enim Transactio actionis transitus, eo quod qui transigit transeat & descendat ab Actione seu quod per eam Actor re scil. peractâ seu transactâ ab agendo removeatur,

veatur, siquidem habet conventionem *l. 17. C. d. Transact.* non simplicem sed talem quæ negotium causam seu *συνάλλαγμα* continet per quam Reus se Actori quid daturum facturumve recipit, ut à lite recedatur; quæ conventio vocatur transactio; Transactio enim fit inter convenientes *l. qui cum tutoribus §. 1. π. d. Trans.* Talis vero causa quando subest. Celso Contractus est *l. 7. §. 2. π. d. pact.* sed tantum sub nomine generis quod nota est, innominatorum Contractuum *l. 7. π. d. pact.* nec habet specialem formam, nec Actionem propriam *Alciat. ad l. 28. C. d. Trans.* Fit Transactio pacto convento *l. 2. π. d. Trans.* aut accedente stipulatione *Dd. ad l. 32. C. eod.* Locum habet in re dubia lite incerta & nondum finita *l. 1. §. 12. C. d. Pact.* super rebus certis & finitis, iudicatis & transactis pacta tantum rectè fiunt non etiam Transactiones, quia remissio certi juris in donationem incidit *l. quoties 14. π. d. Novat.* idque adeo verum est ut post rem iudicatam transigens & solvens id tanquam indebitum repetere possit *l. 23. §. 1. π. d. Cond. Indeb.* si sententia non possit attentari; secus est si sententia aliquo remedio attentari & post rem iudicatam lis subesse possit *l. 7. l. u. π. d. Trans. l. 32. C. eod. l. 23. §. 1. in fin. π. d. Cond. Ind.* Si probabiliter negetur iudicatum vel si nesciatur aut parum constet an sit iudicatum an sententia subsistat, an Appellatio intercesserit, vel interponi possit, an deniq; restitutio impetrata sit *l. post rem 11. π. d. Transact.* Nec de controversiis testamenti eò non inspectò *l. de iis controversiis 6. π. eod.* nisi enim proferatur Testamentum ipsiusq; verba inspiciantur non potest controversia ex Testamento oriunda perspici atq; ita res dubia vel lis incerta dici nequit, cum ante nulla res nullumve legatum apparet *Gail. 2. o. 139. n. 10.* Neque de Alimentis futuris *l. de alimentis 8. C. eod.* de præteritis rectè transigitur ideò quia præterita alimenta re alimenta non sunt, cum in præteritum aliquis ali nequeat, quia Nemo in præteritum vivit licet vixerit, nec amplius sunt alimenta postquam vita aliunde est in præteritum sustentata sed purum & simplex debitum, super quò nihil causæ quin non rectè transigatur. Aliud quoque est dicendum de Alimentis aliunde quam ex Testamento debitis *l. cum si 8. §. 2. π. h. t.* In alimentis namque Testamentò relictis peculiariter tantum constitutum, ut id quod non iterum redit arbitrium fervetur *l. 1. C. d. S. S. Eccles.* quem verisimile est alimenta particulatim potius relinquere, quam summam integram semel præstari, ne is cui alimenta debentur consumptà pecunià esurire teneatur. *Bocerus Class. 1. Diss. 23. o. 13.* Neque

B

trans-



transactiones fieri possunt super crimine Adulterii *l. 18. C. h. t. l. 10. C. Ad L. Jul. d. Adult. c. quid in omnibus 32. q. 7.* ne transigentes in crimen lenocinii incidant *l. 14. π. Ad L. Jul. d. Adult.* Oritur ex Transactione Exceptio peremptoria quia scopus & meta Transactionis est ut rebus dubiis vel litibus incertis finem imponat *l. 10. C. eod.* ne lites sopitæ resuscitentur, interest enim Reipub. lites non nasci ortas tolli nec sublatas redintegrari, siquidem nullus inveniretur litium finis, si à Transactione bonâ fide interpositâ discedi facile cœperit atque adeo cum certum sit non minorem quam rebus judicatis Transactioni esse auctoritatem *l. non minorem 20. C. h. t.* ideo nec poenitentiae locus in ea relinquitur *l. 39. C. h. t. l. si diversa C. eod.* Nec tantum ope Exceptionis Rei transactionis tollitur obligatio *l. cum proponas 17. h. t.* sed etiam jure conventionis, si addita Aquiliana stipulatio vel acceptilatio, nam hæc est civilis solutio & instar solutionis legis dispositione quæ omnem obligationem & Actionem tollit *§. ij. Quib. mod. obl. toll.* sicut autem transactio in placitis finibus subsistens priorem actionem competentem regulariter ipsò jure non extinguit *l. 14. l. 19. C. h. t.* ita nec aliam novam Actionem inducit *l. 28. C. h. t.* Actori enim pristina Actione prospertum, Reo sufficit Exceptio *d. l. 28. C. h. t. Bocer. d. l. θ. ult.*

VII. Si ortâ inter aliquos lite alterutri parti jusjurandum delatum & ab eâ præstitum fuerit, non potest is qui juravit denuo propter eandem causam conveniri: aut si id fiat Actio hac Exceptione opposita perimitur. Jusjurandum enim vim rei judicatæ obtinet, licet non obsit pupillo delatum ab ipsò, nisi auctoritate Tutoris in judicio delatum fuerit *l. 1. pr. §. 1. π. Qu. rer. §. pr. βασιλ. de Rebus quarum Actio non datur ut est Exceptio jurisjurandi §. inutilium stipulationum §. de Viduis.* Quando Actione per lapsum temporis jure definiti jam extincta quis judicio experiri vult Reus præscriptionis Exceptionem opponere potest *l. 3. in fin. C. d. præscr. 30. ann. l. pen. C. Quib. non obj. præscr. long. temp.* Si quis intra quatuor annos rem contra possessorem denunciaverit, quæ ad Fiscum quidem pertinet, sed nondum ab eò possessa est; illoque desistente post quatuor annos alius delator venerit: quadriennii præscriptione submovetur, nisi prævaricatio prioris detegatur *l. 10. D. d. divers. temp. præscript.* Et in omnibus Fiscus causis præscriptio 20. annorum opponitur, exceptis quibusdam in quibus minora tempora lex statuit *l. 13. eod.* Non solum ejus possessio, qui mihi vendidit, sed & illius, qui ei vendidit, mihi

hi accedit; siquidem continuè possedimus. Nam si is qui mihi vendidit, non possiderit, præcedentis authoris possessio mihi non proderit, sicut nec ei qui omnino non possidet, possessoris prioris possessio prodest *l. 15. eod. t. t. βασιλ. de præscript. long. poss.* Exceptio quod metus causa datur ei qui metu quid promisit contra eum qui illud promissum petit *l. Si Donationis C. d. his qui vi met. c.* Cum enim metus consensum ex liberâ voluntate non habeat, promissor obligatur quidem, non tamen cum effectu, quia Actionis exactio hac Exceptione eliditur. Metus non potest minis probari per jactantiam effusis, nec etiam protestationibus si quis metu, non sponte se facere contestetur quia atrocitas facti requiritur *l. 9. π. h. t.* quæ terre re potest constantissimum quemque ut metus mortis cruciatus corporis duri carceris capitalium minorum denuntiatio ab eò facta qui eas exequi solitus est *Covarr. d. matrim. p. 2. c. 3. §. 6. n. 4 Gail. 1. o. 4.* Exceptio hac in Rem scripta est, ut non inspiciamus an is qui agit metus causa fecerit aliquid, sed an aliquid metus causa factum sit in hac re etiam à quocunque alio *l. apud Celsum §. metus caus. 1. exceptionem π. d. Dol. mal. & met. caus.* Exceptio doli mali datur adversus exigentem id quod dolo promissum *pr. j. d. Except.* An dolo quid factum sit ex eventu intelligitur. Fit autem dolus in Contractibus in Testamentis in legibus *l. 1. π. & βασιλ. d. dol. mal. & met. Except.* Quibus ex causis Actio de dolo competit, ex iisdem competit & de dolo Exceptio *l. 2. pr. π. & βασιλ. eod.* Dolus potest probari indiciis conjecturis & præsumptionibus quia latet in animò difficilisque est probationis, ac directè probari nequit *Menoch. lib. 1. præsumpt. q. 58. n. 10 Farin. q. crim. 89. n. 16.* Quæ autem conjecturæ dolum probent, id arbitrio judicis committendum sunt vero inter alias quando quis non facit quod facere debet *l. d. dolus 44. π. Mand.* Item quando quis per personam interpositam contrahit *l. 5. §. 3. d. Auth. Tut.* Item quando clam quis aliquid committit *l. f. π. d. Rit. Nupt.*

VIII. Idem juris est in Exceptione non numeratæ pecuniæ, si quis quasi credendi causa pecuniam à Te stipulatus fuerit, neque numeraverit; Ex hac stipulatione agi potest, quia statim obligatus est, qui quasi statim credituro stipulanti spondit *l. 2. §. 3. D. d. dol. Except.* Creditores enim pecuniam interdum stipulabantur prius, de-

inde stipulationis implendae causa pecuniam adnumerabant, unde una ex stipulatu nascebatur obligatio & Actio *l. 6. l. 7. D. d. Novat.* neque obstat *l. 30. D. d. R. C.* Sed quia iniquum est aliquem eo nomine condemnari Exceptio non numeratae pecuniae opponi potest, licet debitor pignus dederit, sicut enim spe numerationis confessus est debitum ita eadem spe dedit pignus *Mascord. d. prob. Concl. 361. n. 25.* Probatio vero non incumbit ei qui non numeratae pecuniae Exceptionem allegat, quia nullum hic factum affirmatur sed negatur, ejus per naturam nulla directa probatio *l. 10. C. d. Non num. pec.* Ex chirographo inani & inani stipulatione Actionem Exceptio haec infringit quia utrique opponitur. Tempus intra quod opponenda mutatum est in biennium *l. in contractibus 14. C. d. non num. pec.* Praeterea Debitor si pactus fuerit cum Creditore ne à se pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet quia pacto convento obligationes non omnino dissolvuntur; quemadmodum Civis Romanus pacto nudo obligari nequit, ut in jus vocetur sic semel obligatus stipulatione, quae vim & nexum Juris civilis obtinet simplici pacto omnino liberari nequit. Sed quia iniquum est, contra pactionem eum condemnari, defenditur per Exceptionem pacti conventi *l. 7. D. d. pact.* Quin etiam *Ulp. in l. rescriptum 10. in fin. §. l. si cum emptore 16. D. eod.* scribit: *Doli Exceptionem subsidium esse pacti Exceptionis & in hujus locum interdum succedere:* Exceptio Erroris datur illi qui promisit, quod credidit se debere cum non deberet. Nam error ob defectum consensus obligationem naturalem impedit. Civiliter tamen propter promissum obligatur, ex quo non competit Actio cum effectu *l. si per errorem π. d. Jurisd. omni. Jud.*

IX. Si quis adversus debitum à se exactum id jam semel solutum esse proponat, eamque solutionem apocha & confessione Creditoris testibus vel aliis legitimis modis probet, vi hujus exceptionis instituta Actio plane perimitur, solutione enim ejus quod debetur tollitur omnis obligatio *pr. j. Quib. mod. toll. obl.* Exceptio Acceptilationis obstat ei, qui quod sibi debebatur acceptum tulit vel in judicio aut extra judicium de eo sibi satisfactum esse confessus est *§. 1. j. Quib. mod. toll. oblig.* Compensationis Exceptio utiliter Conditionibus objicitur, quae Reus allegat sibi vicissim deberi ab

ab Actore, & eatenus diminui vel extinguere obligationem *l. i. π. C. Just.*
Ἐ βασιλ. d. Compens. An vero is qui se soluturum juravit sine crimi-
ne perjurii possit uti compensatione? disquirunt *Fachin. j. contro.*
c. 7. & Canonistæ *ad cap. 6. §. 7. d. jurej. Tulden.* vero ad *Tit. d.*
Compens. opiniones omnium conciliari posse putat, ut negativa ob-
tineat si debitum quod compensari petitur jam tempore juramenti
constabat, quia eò casu super vacuum fuisset, promittere jurato so-
lutionem si ea etiam de compensatione intelligeretur. Nam eadem
operâ obligationem dissolvisset, compensando disertè quod invicem
sibi debebatur. Ergo nisi enumeratione intellexit debitor jureju-
randò suo illuserit Creditori. Id vero vel non est præsumendum
vel si de eò constat, debet fraudulosum jusjurandum intelligi ex
intentione ejus, cui præstabatur. Unde evanescit cavillatio: si ju-
rans intellexit de solutione propriè dicta, eodem modo intellexerit
circa casum quò compensationem admittimus, si nempe idem post
jusjurandum Creditorem sibi obligavit; cum non possit ejusdem
sermonis diversa fuisse intentio. Nam in promptu est respondere,
quod casus secutæ obligationis ex improvisò emergat, ad quem
proinde non extendat se vis jurisjurandi. Ergo frustra movetur, quo
sensu solutionem intellexerit in casu de quò nil cogitavit. Aliàs verò
obtinebit affirmativa *Cacheran. decis. pedemont. 92.* Compensatio ipso
jure vim suâ exercet, inde apparet, quod vim suam retro exserat, nempe
ante tempus, quo vel à Reò allegatur, vel à Judice comprobatur *Pacius*
cent 4. quest. 73. Exceptione *SCTi Vellejani* subvenitur mulierib⁹ dece-
ptis ac deinceps harum Fidejussoribus mandatoribus procuratoribus
l. fidejussores 6. π. ad S. C. T. Vellej. non quidem necessarium est ut sint
dolo inductæ, sed intelligitur deceptio in re & est omnino satis læ-
sas esse, modo ipsæ sint sine dolo. *t. t. π. C. Ἐ βασιλ. Ad SC. Vellej.*
Exceptioni *SCTi Macedoniani* causam dedit improbum fœnus fla-
gitiosè ab adolescentibus exactum dum eis pecuniam ad quemvis
luxum credebant, & eam cum fœnore reposcebant, adolescentes ve-
ro aere alieno obruti in quævis scelera præcipites ruebant, ac in
mortis etiam paternæ cogitationem impellebantur quo hæreditatem
ipfi egentes Creditoribus concedere possent *§. pen. j. Quodcum cogu-*
in al. pot. Cui malo salutare remedium hoc *SC.* inventum est. Me-
lius enim est tollere materiam peccandi & coarctari juveniles calo-

res, ne cupidini dediti tristem sentiant exitum qui eos post dissipatum expectat patrimonium *l. 1. in med. π. d. SC. Maced.* Qui itaque mutuum dat filios pecuniam isne post mortem patris quidem illum convenire potest propter hoc SC. quod & patri subvenitur ne in eum Actio de peculio detur, alias enim & ulterius patrem filius obligare nequit. Si tamen paternum cum consensu filius contrahat, aut pater ratum Contractum habeat, aut in eam rem pecuniam filius accipiat, quæ patris oneribus incumbit vel in suâ potestate constitutus debitam agnoscat novando aut solvendo cessat SC. *l. fin. C. d. SC. Maced.* Unde si filiosfam. studiorum vel legationis causa alibi digenti ad necessarios sumptus, quos patris pietas non recuset, pecunia credatur, locum non habet SC. quia in rem patris converti intelligitur *l. 5. C. eod.* Exceptio pretii non soluti locum habet cum quis Emptione alicujus rei contracta Venditorem ad rem tradendam in judicio convenit ipse tamen pretium pro re emptam nondum tradiderit, potest ei Venditor hanc Exceptionem objicere atque ita Emptoris Actionem plane perimere *arg. l. p. C. d. pact.* Exceptio Renuntiationis obtinet. Si quis adversus Reununtiationem legitime factam agere velit. Exceptione Collationes repellitur petens hereditatem ante Collationem factam ejus, quod antea ex hereditate perceperat. *l. 11. C. d. Coll.* Exceptione beneficii Inventarii utitur hæres, conveniri ne ultra ejus vires queat *l. f. C. d. Jur. Delib.* Exceptio simulati Contractus sibi locum vindicat quando aliud actum aliud simulate conceptum *l. 7. l. 10. C. d. Contrab. Empt.*

X. Exceptiones anomalæ dicuntur quæ non sequuntur naturam peremptoriarum nec dilatoriarum tam antequam post litis contestationem possunt opponi, ut est Exceptio quæ competit Fidejussori contra Creditorem, ut reus principalis pro quo fidejussit prius conveniatur & excutiatur *Auth. presente C. d. Fidejuss.* Exceptio Divisionis ex *Epistola D. Hadriani* quæ Fidejussori contra Creditorem conceditur ut inter Confidejussores Actionem vel debitum pro rata parte dividat *Bart. in l. Exceptiones π. d. Except.* Item Exceptio falsi procuratoris, excommunicationis inepti libelli & quæcunque ostendit judicium esse nullius *l. licet C. d. Except.* Tum vero in his tum etiam in reliquis prædictis Exceptionibus evenit, ut quæ prima facie justæ videntur, tamen inique noceant, quod cum
accidit

accidit alia allegatione opus est adjuvandi Actoris gratia quæ *replicatio* vocatur: quia per eam replicatur atque resolvitur jus Exceptionis. *Replicatio* dicitur *Exceptionis exclusio adversus Reum à parte Actoris veniens l. 2. π. d. Except.* sicut enim Exceptio excludit Actionem ita replicatio exceptionem. Sic Imp. in *l. 10. C. d. Except.* scribunt, non Exceptionibus Actores, ex quibus Reis auxilium tribuitur certis ex causis, sed replicationibus suam intentionem, si quam habeant munire; *Formula* replicationis peti potest ex *l. 7. C. d. Cur. Fur.* & implicatam ac quasi rectam Exceptionis iniquitatem patefacit. Adversus replicationem prima specie justam *duplicatio* conceditur: sic in *vulgatis π. libris* scriptum est, *Florentinus* vero *Codex* mentionem duplicationis nullam facit; huic allegationi opponitur *triplicatio* huic denique *quadruplicatio l. 2. §. pen. D. d. Except.* Prolixioribus allegationibus solet officio iudicis inhiberi *l. Judices C. d. Jud.* Causa & materia replicandi ex variis exceptionum circumstantiis desumitur. Est enim persona excipientis persona adversus quam, persona ejus per quem & iudicis apud quem excipitur, res quæ in exceptionem deducitur, causa ex quâ excipitur; modus, locus, tempus quò excipitur, secundum quos aliasque circumstantias replicationem adversus Exceptionem invenire & erueri oportet. Quæcunque enim suppeditant Exceptiones à parte Rei ex iisdem quoque replicationes erui possunt à parte Actoris *l. 10. C. d. Except.* Locum obtinet Replicatio tum quando Reus suam Exceptionem contra intentionem Actoris opponit. Ac in quâcunque parte iudicii opponi potest *l. 2. §. 1. π. d. Except.* Sicut autem Reus non tenetur probare suam Exceptionem, antequam Actor fundaverit suam intentionem: Ita è contrario non tenetur probare suam replicationem antequam reus probaverit suam Exceptionem, ita enim summa semper æqualitas servanda est *Rosbach. t. t. 44. d. replic.* His subjicit *Imperator in §. ult. j. d. Replic.* quæ *Exceptiones Fidejussoribus profint vel non?* ac deciditur ibi: Exceptiones Reales quæ Reo competunt Fidejussori etiam concedi quia jure constitutum est, ne officium alicui sit damnosum *l. 7. π. Quemadm Testam. ap. l. 61. §. 5. π. d. Furt. l. 29. π. Ex quib. caus. maj.* sicut nec fides cuiquam damnosa esse debet *l. 1. §. 2. ad Trebell.* Propterea etiam Exceptiones Reales seu Rei & obligationi coherentes quibus munitus est Reus principalis integrò manente statu ad Fidejussores

jussores extenduntur *l. 15. l. 32. π. d. Fidej. l. 11. C. d. Except.* Hæ enim
 Exceptiones reales rem ipsam afficiunt, ac rei debitæ coherent, &
 ex ipsâ re originem trahunt, æquum igitur etiam est, eas fidejus-
 sori competere, cum is ab initio rei & obligationi non autem per-
 sonæ accesserit *l. 9. §. 3. π. d. SC. Maced. l. 7. §. 1. π. d. Except. §. Except.*
j. d. Replie. In tantum ut etiam invito Reo principali eas opponere
 possit *l. 19. π. d. Except. l. ult. π. d. Pact.* quia tunc quando principa-
 lis non ulterius obligatur neque Fidejussor tenetur *l. 8. §. 7. π. d. Fi-*
dej. Exceptiones autem personales Fidejussori non competunt *d. l.*
7. p. r. d. Except. quia personalia privilegia personam non egrediuntur
l. 68. l. 196. π. d. R. J. Bronch. cent. 4. Assert. 56. Jure Saxon. in-
 tra tres quaterdenas innerhalb Sächsischer Frist debent omnes decli-
 natoriæ & dilatoriæ simul proponi iisque eventualis Litis contesta-
 tio addi *Novel. El. Aug. p. 1. C. 3.* Idem in Camera fieri jubet *Ord.*
Cam. p. 3. tit. 3. §. fin. tit. 24. Sed vix ulla Leges diverticulis Reo-
 rum & improborum rabularum technis occurrere valere existimat
Treutl. Vol. 2. D. 26. §. 7. lit. D. Nec in Camerâ in dilatoriis ultra
 duplicationem, in peremptoriis ultra triplicationem proceditur *Ord.*
Cam. p. 3. t. 22. §. Wo aber § tit. 29. in fin. quod secutus est *August.*
Elect. Sax. in suis Constitutionibus Provincialibus Sax. *p. 1. C. 18.*
ubi in fin. Ratio additur: Damit vielheit der Sâche verhütet/und des-
 sto schleuniger zum Urtheil geschlossen werde. Imò & extra terras E-
 lectorales ubi Juri Saxonico locus est, ultra triplicam non proce-
 ditur *Coler. ad Rybr. d. Except. n. 5. Treutl. d. V. § d. §. 8. lit. F.* Jus
 Prutenicum easdem tum Exceptiones tum Negligationes eodem
 ferè ordine proponit *L. 1. T. 24. 25. & T. 26. L.*
4. T. 13. A. 2. §. 8.



Kc 3004

ULB Halle

3


003 757 714



Bitte nach Ausleihe an
Frau Richter. 1
Sammelbd. ? oder
Inhaltliche Werte ?

von 125





23

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

N. J.
TIO XXIII.
TARUM
SIUM
RTI & CON-
VERSI
ept: & Replicat: iisq;
Theod. βασιλικ. & Ἱ.
dentibus.
ESIDE
E CHRISTO.
O Volk /
& P. Secund.
MICHAELIS,
Halberstad.
NDENS
e defendet
RIO MAJORI
c. LXXXII.
MONTI,
USNERIANO,